

Lepti magna (VIII 45 cf. p. 979 non plus semel puto descripta). — 1) *Legatus Dalmatiae fuit a. 95, Moesiae inferioris a. 99* (dipl. mil. C. III p. 859. 865). — *Pomponius Rufus memoratus a Plinio ep. 5, 9, 55. 4, 9 fortasse idem est.*

1015 C. Octavio | Tidio Tossia|no Iaoleno | Prisco¹, l. leg. IV Flav., leg. leg. III Aug., iuridic. provinc. Britanniae, leg. | consulari provin[c.] Germ. superioris² |, legato consulari provinc. Syriae, | proconsuli provinc. Africae³, pontifici | P. Mutilus P. f. Cla. [C]rispinus t. p. i.⁴ | amico carissimo.

Nadin, ubi fuit Nedinum Dalmatiae, rep. (III 2864 p. 4062 descripsit Glavinič).
— 1) *Est L. Iavolenus Priscus notus auctor iuris* (Teuffel Lit. § 542, 5; Mommsen eph. ep. 5^{p.} 655). — 2) *Germaniam superiorem rexit a. 90* (dipl. mil., Eph. ep. l. c.). — 3) *Omissos esse honores urbanos omnes ipsumque consulatum, in eius vicem ad legationes Germaniae et Syriae adscriptum esse vocabulum consularis, notat Mommsen.* — 4) *Testamento poni iussit.*

1016 T. Iúlio Sex. f. Volt. Maximo Ma . . . | Broccho Servilián. A. Quadrón[ió] | L. Servilio Vataie Cassio Cam . . . | lég. Aug. leg. III Fláviae, lég. Aug. leg. I Adiút[r., leg. Aug.²] | iúridico Hisp. citeriór. Tarraconéns., pr., a[ed. cur. (?), q.] | próvinciae Hisp. ulteriórís Baeticae, don[at]o | bello Dácico corónís múralí et vallári h[asta pura] | véxillo¹. trib. mil. leg. V Macedonic., séviro [equitum] | Róm. turm. I, Xviro stilitibus iúdic[andis] | Calagurritáni | ex Hispánia citerióre patr[ono].

Nemausi (XII 3467 vidit Hirschfeld). — 1) *Dona haec accepit tribunus militum legionis quintae Macedonicae a Domitiano ut videtur, nam Traiani nomen enuntiaretur.*

1017 | P. f. Stel. Sosp[er]ti¹ | fetiali, leg. Aug. | pro pr. provinc. Gal. | Pisid. Phryg. Luc. Isaur. | Paphlag. Ponti Galat. | Ponti Polemoniani | Arm.², leg. leg. XIII Gem., | donat. don. militarib. | expedit. Suebic. et Sarm.³ | cor. mur. cor. vall. cor. | aur. hast. pur. trib. ve|xill. trib., curat. colo[nior.⁴ et municipior., prae. | frum. dand. ex s. c., praetori, | aed. curul., q. Cret. et C[yr.], | trib. leg. XXIII⁵ Primigen., | IIIvir. a. a. a. f. f., | Thiasus lib.

Antiochiae in Pisidia (III S. 6548 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Antea edebatur So[ller]li titulusque putabatur esse Bellicii Sollertis infra N. 4054 aut patris eius.* — 2) *Galatiam cum regionibus finitimis Sospes rexit praetorius.* — 3) *Videtur intellegenda expeditio Suebica et Sarmatica Domitiani circa a. 90, cf. Mo. Hermae vol. 5, 145.* — 4) *Scr. coloniar.* — 5) *Scr. XXII.*

1018 Sex. Quintilio | Sex. f. Ani. Valerio | Maximo¹, lato clavo ornato a divo Aug. | Nerva, quaestori Ponti | et Bithyniae, patrono | coloniae, pontifici, II|viro, praef. fabrum, | IIviralib. et sacerd. ornam. honor. | d. d., | vic. X.²

Alexandriae Troadis rep. (III 584 descr. Kiepert). — 1) *Idem ut videtur Maximus, ad quem Plinius scripsit ep. 8, 24 (cf. § 7), unde apparet eum post hunc titulum*